



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Novissima Polyantha, In Libros XX. Dispartita**

**Dominicus**

**Francofurti, 1613**

Viduitas

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97211](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97211)

¶ Loci Bibliici

Vidua, in deliciis viuens, morosa, 1. Tim. 5. 6. Vidua munusculum à Christo laudatur. Luc. 21. 3. Vidua Deus facit iudicium, ipse dat victum, Deuter. 10. 18. Vidua parabola quae crebris precibus iudicium aequum obtinuit ab iniquo Iudice, Luc. 18. 2. &c. Vidua filius suæ dicitur, Luc. 7. vers. 13. Vidua quales in Ecclesia ministerium, seu in Diaconissarum collegium recipiendæ, 1. Tim. 5. 3. Quor annorum recipiendæ, vers. 9. Vidua iuniores læscunt, ideoq; deuitandæ sunt vers. 11. vbi non reiciuntur viduæ iuniores ab Ecclesia, sed ad numerum Diaconissarum noq; admittuntur. Viduæ veræ quæ, 1. Tim. 5. vers. 2. quæ videlicet solæ sunt, & omni humano præsidio destitutæ. Viduarum domos comedere, Matth. 23. 14. Viduarum officium, 1. Corinth. 7. v. 8. 9. Tim. 5. 2. Viduarum habenda ratio, & beneficiendum illis, Exod. 22. v. 22. Deuter. 16. vers. 14. & 17. 19. 20. 21. & 26. & 27. 19. Iudith. 16. 28. Job. 24. 3. & 31. 16. Eccles. 4. 10. Esa. 1. 17. Jer. 22. 3. Zach. 7. v. 10. Malach. 3. 5. Mat. 23. 14. 1. Tim. 5. 3. Luc. 1. 27. Viduas piæ quid deceat, Iud. 8. 4. Luc. 2. 37. 1. Tim. 5. 8. 5. Tit. 2. 3.

¶ SENTENTIA BIBLIÆ.

Vidua virtute ædificari.

Sic Iudith virtutibus non vetibus ornari studuit, Iud. 8. Erat Anna prophetissa filia Phanuel, & hæc vidua erat vsq; ad annos octoginta quatuor, quæ non discedebat de templo ieiunus & obsecrationibus seruens nocte & die, Luc. 2. Quæ vere vidua est & desolata, speret in Deum, & insuet obsecrationibus & orationibus die ac nocte. Nam quæ in deliciis est, viuens mortua est, & hoc præcipue, vt irreprehensibilis sint, 1. ad Timotheum 5. Annus similiter in habitu sint, qui religionem, deccat, non criminatitices, non multo vino seruientes, vt honesta doceant, Tit. 2.

Studeo defendere.

Vidua & pupillo non nocebis. Si leseris eos, vociferabuntur ad me, & ego audiam clamorem eorû: & indignabitur furor meus, percutiamq; vos gladio, & erunt vxores vestræ viduæ, & filii vestri pupilli. Exod. 22.

Viduas eius benedicens benedicam. Psal. 137.

¶ SENTENTIA PATRUM.

Quid facit hæc vidua inter familiæ multitudinem, inter ministrorum greges?

Caueto omnes suspiciones, & quod de te probabiliter fingi potest.

Nesciat vidua bigamiam indulgentiam. Hier. in epist. 96.

¶ POETARVM DICTA.

Virg. lib. 4. A. Encid. Didonis verba de Sicheo marito suo.

Sed mihi vel tellus optem prius ima dehiscat, Vel pater omnipotens adigat me subitæ ad En. 6. 7. 8. Pallentes Sombrae Eberi noctemq; profundam, Ante pudor quam te violens, aut tua iura resoluam. Ille meos primus quibus sibi iunxit, amores Absit. Ille habet secum seruerq; sepulchro.

Consule Tit. de Matrimonio, Coniugio, & Castitate.

Vigilantia, Vigilia.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

Vigilia Græce ἀγρυπία, as. h. & ἀγρυπία, vigilo dicitur. Hebr. Schokedh, à verbo Schakadh, Vigilant diligenter, & diligenter attendit, excubias egit. Cognationem habet cum Schakat, quæ uir: nam vigiles oportet esse quietos, atque alienis à tumultibus & strepitu. Hinc Græcum verbum ἀγρυπία, studio, ex tempore aliquid facio, celeriter exequor, quod vigilantium & operientorum proprium est. Vigilia, seu vigilia vigilarum, πρυτανεύω. Hebr. Aschmoreth, Aschmurah, Schemurath, Schimmurim, excubias nocturnæ, à verbo Schamar, Custodit, seruabit. Est autem vigilia, solutio & remissio sensus secund. Arist. lib. de Sensu & sensato.

Vigilia est dispositio, in qua anima imperat sensibus & virtutibus exterioribus, & mouet voluntarè ad operandum. secund. A. uicem.

Vigilia dicitur à vigo, est enim vigere validum & robustum esse, quasi vim agere. Quare vigiles non segnes, non torpentes quales sunt dormientes, sed qui vigore suo sunt. Vnde per vigiles non modo assidue vigilantes, sed diligentes, & industrios dicimus.

XXXXY Hinc

Viduitas.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

Viduitas Græce ὀρφανία, as. h. & ὀρφανία, vidua dicitur. Hebr. Al. Al. id est non habens partem in marito ex Al. id est, non, & Al. id est, pars à verbo Alas, loqui non potuit. Obmutescit coram affligentibus eam. Illem, mutus. Psal. 38. 14. Vidua et significacione vocabuli, seu secundum etymologiam vidua dicitur à viro, etiam si nunquam virum habuerit, quod dicitur à ve, quod est sine, & duo, seu uxor & velanus. ff. de verbor. signific. l. malum. s. Pul. Vidua dicitur quasi idua, hoc est à viro diuisa. Idure enim hebraice diuisere est. Hinc viduare pro priuare capitur. Hinc vidua, calamitas dicta, quod videtur, id est, priuare bonis. A vidua dicitur per compositionem deducitur. Veteres enim diuidendo dicimus diuiduo dicebant. vnde diuiduum, quod diuiduum modo separatim, significat, cuius contrarium in quod Græce ὀρφανία vocant.